

in epistolam II. ad Corinthios. VIII.

quam ostēderūt ad rym. Et circa hoc tria facit. **P**rimo ponit gaudium suū de gaudio titi conceptum. **S**ecundo gaudij rōnem assignat ibi. **E**t si quid apud illū etc. **T**ertio maiorem gaudij titi assignat ibi. **R**eminiscentis omnium vestrum etc. **D**icit ergo primo. **G**ausi sumus de correctione vestra. aut id ē sed in consolatione nostra abundantius magis gausi sumus quā turbati fuerim de tribulatione sup gaudio titi. **M**el magis gausi sumus id est magis gaudia attulit consolationi nostre gaudium titi. et hoc quod relictus ē spūs eius. **T**unc enim reficit animus prelati quādo subditi eius sunt obedientes ei et eum reuerent. philem. **R**efice viscera etc. **R**efectus in quā ab omnibus vobis. quod omnes vel correcti estis vel est spes correctionis. **R**ationē aut huius gaudij assignat quā ad duo. **U**num est ex parte apli. quod scilicet ipse inuentus est verax. **N**am apud comendauerat corinthios tū ante quā iret ad eos. **Q**uia nō nūc ita inuenit titus sicut apud dixit. gaudet apud verba sua vera fuisse. **E**t hoc est quod dicit. **E**t si quid apud illum de vobis gloriatus sum comendando vos. **D**icit aut gloriatus sum: quod gloria apostoli erat bonum illorum. **N**on sum pfusus id ē non erubescō me falsa dixisse. **Q**uādo enim aliquis inuenitur mendax: confundit. **E**ccl. 37. **A**nte omnia sermo verax etc. **S**ed sicut omnia in veritate vobis locutus sum id ē sicut predicavi vobis veritatem: ita gloriatio nostra que fuit ad titum de vobis veritas facta est id est inuenta est vera. **A**lia ratio est ex parte corinthiorum. **N**am amici desiderant ut illi quos diligunt ab omnibus diligant. **Q**uia huiusmodi diligebat corinthios propter eorum deuotionē. ideo de hoc apostolus gaudebat. **E**t ideo dicit apud. **E**t viscera eius etc. **Q**ui dicit. **N**on solum gaudeo quod inuentus sum verax: sed etiam quod viscera eius id est viscerosa charitas eius et nimis amor abundantius quā ante in vobis esset. ex quo vidi profectum vestrum. **M**el abundantius quā in alijs **E**ph. 6. **I**nduite vos sicut electi dei etc. **M**ateria autē gaudij manifestat ex duobus scilicet ex obedientia et ex reuerentia. **E**x obedientia quidem cum dicit. **R**eminiscentis omnium vestrum obedientiam quā obedienter sibi obtemperastis. **I**n quo etiam et laudauit vos. **1. reg. 15. Melior est obedientia etc. Eccl. 3. Filij sapientie ecclesie iustorum. Ex reuerentia autē cum dicit. **Q**uomodo in timore scilicet filiali non seruili interioris animi et tremore corporis excessistis eum. **S**al. 4. **T**estimonium enim vobis etc. **E**t quod ita habuistis vos ad eum gausus sum quod verax inuentus sum et ipse diligit vos. **A**nde gaudet quod in omnibus confido de vobis. **N**on solum in bona voluntate sed etiam in bonis operibus in futuro quod bene vos habeatis. **Heb. 6. Confidimus de vobis meliora et vicini ora salutis.****

Capitulum octauum

Notam aut vobis facimus fratres gratiam dei que data est in ecclesijs macedonie. et quod in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit. et altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. **Q**uia scilicet virtutes testimonium illis reddo et supra virtutem voluntarij fuerunt cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam et communicationem ministerij quod sit in sanctos. **E**t non sicut spauimus: sed semetipsos dederunt. **P**rimū dño. deinde nobis pro voluntatem dei. ita ut rogāremus titum: ut quēdam modum cepit ita et pficiat in vobis etiam gra-

tiam istam. **S**ed sicut in omnibus abundantis fide et sermone et scientia et omni sollicitudine insup et charitate vfa in nos: ut et in hac gratia abundantis. **N**ō quasi imperans dico. sed pro aliorum sollicitudine etiam vestre charitatis ingenium bonum comprobans.

Postea iam exhortatione ad bonum in generali: hic cōsequenter exhortat eos ad quoddam bonum particulare scilicet ad largitionem collectarum pro sanctis qui erant in hierusalē. **N**ā sicut act. 15. dicit et apud tangit ad gal. 2. **A**pli imposuerunt paulo et barnabe ut proponerent verbum salutis gentibus exhortando eos ad subuendendum sanctis qui erant in hierusalē qui venditis omnibus et positis ad pedes apostolorum in maiora erant paupertate. et ad hoc inducit eos ad presens. **U**bi duo facti. **P**rimo inducit eos ad dandum. **S**ecundo monet ad modum dandi ut scilicet cito et abundantanter dent. et hoc. **9. ca. ibi. Naz de ministerio etc. Circa primum duo facit. Primo tractat de collectis dandis. Secundo de ministris pro quos huiusmodi collecte hant ibi. Gratias autē deo qui dedit etc. Circa ca. primum duo facit. **P**rimo inducit eos ad dandum. **S**ecundo excludit excusationem ibi. **S**i enim voluntas prompta est etc. **I**nducit autē eos ad dandum triplici. **P**rimo exemplo aliorum qui dederunt. **S**ecundo exemplo christi ibi. **S**citis enim gratiam dñi non stri etc. **T**ertio ex ipsorum propria voluntate ibi. **H**oc enim vobis vtile etc. **C**irca primum tria facit. **P**rimo ponit exemplum. **S**econdo ostendit se primum ab hoc exemplo ibi. **I**ta ut rogāremus titum etc. **T**ertio monet ut ipsi hoc exemplum sequantur ibi. **S**icut in omnibus abundantis etc. **C**irca primum sciendum est quod apud ad hoc ut corinthijs liberaliter tribuatur proponit eis macedones in exemplum. **E**t comēdat eos quā ad duo. scilicet quā ad patientiam in aduersis. **S**ecundo quā ad liberalitatem in donis ibi. **E**t altissima paupertas etc. **C**irca primum sciendum est quod apostolus inducit eos ad elemosinas ut veritas istorum crescant. et ideo in illo tempore hoc fecit quoniam possunt mereri scilicet in tempore gratie. tunc enim elemosine merito sunt. **E**t hoc est quod dicit. **N**otam vobis facimus gratiam id est gratiam donum dei scilicet elemosinam largitionem. et dicit hoc esse gratiam. quod quicquid boni facimus est ex gratia dei: que quidem gratia non est data istis sed mihi in quantum scilicet ex mea peccatione et sollicitudine et mōitione macedones ad hoc moti sunt **E**ph. 3. **U**bi autē omnia unius sanctorum ministerio etc. **D**ata est in quā mihi in ecclesijs macedonie id est apud fideles macedonie. **Q**ue quidem gratia est quā ad duo. scilicet quā ad patientiam: quod in multo experimento etc. **U**bi ponit conditiones patie pfcē. **U**na ē quod homo sit constans ita quod nec timore tribulationis deiciatur: sed nec etiam in ipso tribulationis experimento. **E**t ideo dicit quod in multo experimento tribulationis scilicet constantes fuerunt. **A**lia est quod in ipsis tribulationibus gaudeat sicut legitur de beato **L**aurentio: et quā ad hoc dicit. **A**bundantia gaudij ipsorum scilicet macedonum fuit. **I**ac. 1. **O**mine gaudium existimate etc. **R**o. 12. **I**n tribulatione gaudentes etc. **M**el in multo experimento tribulationis: non quam ipsi passi fuerunt: sed quā viderunt pati in macedonia abundantia gaudij ipsorum fuit. **I**tem secundo gratia est quā ad liberalitatem in elemosinis. **E**t quā ad hoc dicit: **E**t altissima etc. **U**bi duo facit. **P**rimo ponit eorum liberalitatem. **S**econdo exponit quod dixerat ibi. **Q**uis scilicet virtutes etc. **D**icit ergo primo. **N**ō solum fuerunt patientes in tribulationibus scilicet macedones. sed etiam fuerunt liberales. quod altissima id est maxima paupertas eorum vel nobilissima. **S**cilicet glo. facit paupertatem altam eleuatio spūs supra res temporales et pemptus earum. **E**t sic istorum paupertas altissima erat quod non habebant diuitias et cōtemēbant eas **I**ac. 7a**

Explanatio sancti Thome

Nonne deus elegit pauperes in mundo etc. **H**ec in q̄ pau-
peritas abundavit id est exereuit in diuitijs copiose dando
Sed hec expositio glose nō videt esse fm̄ intentionē apo-
stoli. **E**t ideo aliter dicendū est. **A**ltissima paupertas etc.
Ubi sciendū est q̄ homo ex duab⁹ causis habet promptū
animū ad dandum satis sc̄z ex abundantia diuitiarū sicut
sunt diuites vel ex contemptu diuitiarū. **E**t sic idem facit in
paupere cōtempnus qd̄ facit in diuitie abundantia. **E**t ideo
dicit altissima paupertas sic supra abundavit id est effectus
abundantie fecit in diuitias simplicitatis eoz. qz̄ cor eoz
erat solum ad deum. **E**t ex hoc puenit contemptus diuiti-
arum. puer. 10. **S**implicitas infortū etc. **C**onsequenter
cum dicit. **Q**uia fm̄ virtutē etc. exponit qd̄ dixit cōmen-
dando ipsorū liberalitatē q̄rum ad tria sc̄z q̄rum ad quan-
tatem dati. q̄rum ad voluntatem dandi. **E**t q̄rum ad or-
dinem dationis. **Q**uantum ad quantitatem dati qz̄ vede-
runt supra virtutē **E**t ideo dicit. vere abundavit in diui-
tiis. qz̄ ego reddo illis testimoniū q̄ fuerunt volūtarij ad
dandum fm̄ virtutem rerum suarū. **E**t supra virtutē. qz̄ in
tantūz dederunt q̄ post egerunt. **E**t dicendū est **E**t me-
lius q̄ est virtus interior animi. **E**t virt⁹ exterior sc̄z facul-
tas rerū temporalū. **V**irtus interior est promptitudo ani-
mi ad dandū. **E**t ideo dicit **T**estimoniū illis reddo q̄ fu-
erunt voluntarij ad dandū fm̄ virtutem animi. interiorēz
Et supra virtutē exteriorē sc̄z diuitiarū. **T**ho. 4. **S**i multū
tibi fuerit etc. **C**ōtra. **Q**uicūqz̄ dat supra virtutē dat imo-
derate. **R**espōdeo. dicendū est q̄ virtus in dando pōt cō-
siderari dupliciter. sc̄z simpliciter seu absolute **E**t fm̄ ppor-
tionez alioz. **Q**uando ergo dat plus q̄ alij sūt pportiois
nō peccat. sed si simpliciter dat supra virtutē tunc imode-
rate dat. **S**ic ergo cōmendat eozum liberalitatē q̄rum ad
quantitatē dati. **C**ōmendat autē eam q̄rum ad voluntatē
dandi cum dicit. **Q**uia voluntarij fuerunt. **E**ro. 25. **A**b
ostij qui vltro neus offert. **I**n hoc autē fuerūt voluntarij qz̄
rogauerunt nos cum multa exhortatione. obsecrantes. i.
rogantes. q̄si dicat. **N**on solum rogauerūt: sed etiam per
rationes nos induxerunt vt habeant gratiā **E**t cōmunicā-
tionem ministerij etc. id est vt liceret eis dare sua pauperi-
bus sanctis q̄ sunt in hierusalē. non reputantes se face-
re gratiam nobis. sed q̄ eis gratia fiat **De**. vlti. **B**ene-
ficentia autē **E**t cōmunionis etc. **C**ōmendat etiam eoz libe-
ralitatem q̄rum ad ordinē dandi. qz̄ non solū sua dederūt
sed primo seipos. qz̄ talis debet esse ordo in dādo: vt pri-
mo homo sit accept⁹ deo. **He**. 4. **R**espexit dñs ad abel
sc̄z pmo **E**t ad munera eius consequēter. **E**cc. 30. **D**ifere-
re anime tue etc. **E**t ideo dicit. **N**ō sicut sperauim⁹. q̄si di-
cat. **V**ere voluntarij fuerunt. qz̄ non sicut sperauim⁹ id est
non ea intentione qua putabamus vt sc̄z darent. p̄ culpā
redimēdis: sed semetipos dederūt p̄mum p̄ nō emendā-
do vitam suam **E**t deinde nobis obediēdo p̄ officia p̄ volun-
tatē del que est vt subdant hoies vicarijs suis. **De**. vlt.
Obedite p̄positis vestris etc. **G**losa dicit q̄ non aliter erat
ab eis recipiendum nisi sc̄z prius seipos deditissent deo. er-
go videt q̄ non sint recipiende elemosynae a peccatorib⁹.
Sed dicendū est q̄ non est ab eis recipiendū qm̄ dant ea
intentione vt foueant in peccatis. **S**ic ḡ posteo exemplo
macedonū ostendit se consequēter p̄motū esse hoc exem-
plo cum dicit. **I**ta vt rogaremus titūz. q̄si diceret. **I**n tan-
tum nos p̄moti fuimus hoc exemplo de liberalitate mace-
donum. vt sc̄z rogaremus titūz vt etiā vos sitis p̄cipēs
isti gratie: vt sc̄z titus quādamodū cepit vos monere ad
beneficiendū post q̄ vidit vos correctos **E**t inducere vos
ad cōmunionē: ita p̄ficiat in vobis. **E**t spūaliter gratiaz istā
de largitiōe elemosynarū vt nō desit vobis. **Phil.** 2. **Q**ui
cepit in vobis etc. **C**onsequēter amonet eos vt hoc exēplo
ip̄s inducant eū dicit. **S**ed sicut in om̄ib⁹ etc. **U**bi duo di-

cit. **P**rimo monet vt isti exemplo macedonū sint prompti
ad elemosynas faciendū. **S**ecdo quādam suspitionē auferet
ibi. **E**t non quasi imperans dico etc. **D**icit ḡ. **S**ed sicut in
om̄ibus etc. q̄si dicat. **S**icut vos superatis macedones in
om̄ibus alijs gratijs. ita debetis eos superare. etiā in ista
sc̄z elemosynis faciendis. **E**t hoc est quod dicit. **S**icut in
om̄ibus alijs abundantis. **E**t primo in his que p̄tinet ad
intellectum **E**t q̄rum ad hoc dicit. **I**n fide qua credit. **E**t ser-
mone q̄ p̄stetur. **Ro.** 10. **C**orde credit ad iusticiā: q̄rum
ad fidem. ore sūt confessio fit ad salutēz. **E**t q̄rum ad sermos
nem. **I**n scientia scripturarū. **1. corin.** 1. **I**n om̄ib⁹ diuites
facti estis etc. **S**ecdo in his que p̄tinet ad opus. **E**t q̄rum
ad hoc dicit. **E**t in om̄i sollicitudine sc̄z bene opandi. **Ro.**
12. **S**ollicitudine nō pigri. **T**ertio in his que p̄tinet ad
affectum. **E**t q̄rum ad hoc dicit. **I**n charitate vestra spiri-
tuali habita in nos supabūdati. **Col.** 4. **S**up om̄ia cha-
ritatem habentes etc. **S**icut in q̄ in om̄ib⁹ istis abundatis
ita sc̄z rogauit titum vt in hac gratia sc̄z elemosynarū abun-
detis. **E**t qz̄ posset haberi suspitio q̄ q̄si ex imperio māda-
ret. vt darent elemosynas. **C**ontra qd̄ est qd̄ dicit **1. Pe.**
34. **V**os autē cum austeritate etc. **E**t ideo p̄tra remouet dis-
cens. **N**on q̄si imperans dico. hoc est q̄ rogauit titum vt
q̄ ego ipse hoc dico vobis. non feci quasi imperans. **1. pe.**
vltio. **N**ō vt dñantes in cleris. **S**z dico hoc comprobās
id est volēs comprobare p̄ alioz sollicitudinē sc̄z macedo-
num vestre charitatis ingenij. **U**bi sciendū est q̄ inge-
nij bonum sumit non solum p̄ aptitudinē ad sciendūz
faciliter. sed etiam ad bene operandū. **C**uius ratio est. qz̄
ad hoc q̄ aliquis bene operet̄ exigit scientia dirigens. **E**t
ideo sicut in addiscendo dicit boni ingenij esse qui cito ca-
pit verba magistrī: ita in opando boni ingenij dicit q̄ cito
plo alioz cito mouet̄ ad bñ operandū. **E**t id dicit aplūs
Comprobans id est p̄bare volens bonum ingenij vestri
id est q̄ promptā voluntatē habeatis ad dandūz moti ex-
emplo macedonūz. **1. corin.** 4. **N**on vt confundam vos
hec scribo.

Lectio secunda.

Citis em̄ gratiam domini nostri te-
su christi. quoniā p̄pter vos egenus
factus est cum esset diues. vt illi in-
opia vos diuites essetis. **E**t consiliuz in hoc
do. **H**oc em̄ vobis vtile est. qui non solum fa-
cere sed et velle cepistis ab āno p̄iore. **N**ūc
vero **E**t facto p̄ficite: vt quēadmodū prompt⁹
est anim⁹ voluntariis: ita sit **E**t p̄ficiendi ex eo
qd̄ habetis. **S**i em̄ voluntas prompta est fm̄
id qd̄ habet: accepta est non fm̄ id quod non
habet. **N**on em̄ vt alijs sit remissio vobis autē
tribulatio. sed ex equalitate in presenti tem-
pore vestra abundantia illorum inopiā sup-
pleat. vt **E**t illorū abundantia vestre inopie
sit suplemētū. vt fiat equalitas sicut scriptū
est. **Q**ui multum non abundavit: **E**t q̄ modū
cum nō minorauit.

Dic inducit corinthios ad dandū elemosynas exēplo ip̄s
dicens. **V**olo comprobare ingenium vestrū bonū ad dandūz
sc̄z pauperib⁹: **E**t hoc facere debetis exemplo christi.
em̄ id est qz̄ sc̄tis gratiam dñi nostri tesu christi quā ḡ deo
humano generi contulit. **Jo.** 1. **G**ratia **E**t veritas p̄ iesum
christum etc. **E**t hec dicit gratia: qz̄ quicqd̄ filius dei pes

in epistolam II. ad Corinthios, VIII.

malitiam nostrarum assumpsit totum gratie est imputandum. q: nec puenitus alicuius bonitate: nec alicuius virtute coactus: nec inducitur sua necessitate. Est autem gratia ista quod propter nos egenus factus est. Et dicit egenus quod plus est quam pauper. Nam egenus dicitur ille qui non solum parum habet. sed qui indiget seu eget. Pauper vero ille qui parum habet. Ad significandum ergo maiorem paupertatem dicitur egenus factus est scilicet in temporalibus? Luc. 9. Filius hominis non habet etc. Item. 3. Recordare paupertatis etc. Est autem factus egenus non ex necessitate sed ex voluntate. quod gratia ista iam non esset gratia. Et ideo dicit. Cum diues esse scilicet in bonis spiritualibus Ro. 10. Item deus diues in omnibus etc. puer. 8. Meum sunt diuitie etc. Dicit autem esse non fuisse. ne videretur Christus amisisse diuitias spirituales cum assumpsit paupertatem. Sic enim assumpsit hanc paupertatem quod illas inestimabiles diuitias non amisit potest. Simul in vniuersis diues et pauper. Diues in spiritualibus: pauper in temporalibus. Causam autem quare voluit fieri egenus subdit cum dicit. Et illius inopia diuites essemus id est ut illius paupertate in spiritualibus vos essetis diuites in spiritualibus. Et hoc est propter duo scilicet propter exemplum et propter sacramentum. Propter exemplum quidem quod si Christus dilexit paupertatem et nos exemplo suo debemus diligere eam. Diligendo autem paupertatem in temporalibus efficiamur diuites in spiritualibus. Jac. 2. Nonne deus elegit pauperes in mundo: diuites in fide etc. Et ideo dicit. Et illius inopia etc. Propter sacramentum autem quod omnia que Christus egit vel sustinuit sunt propter nos. Unde sicut pro hoc quod sustinuit mortem liberati sumus a morte eterna et restituti vite: ita pro hoc quod sustinuit inopiam in temporalibus liberati sumus ab inopia in spiritualibus et facti diuites in spiritualibus. 1. corin. 1. Diuites facti estis in illo in omni scientia etc. Consequenter cum dicit. Consiliu in hoc do etc. Inducit eos ad dandum ex parte eorum. Et circa hoc duo facit. Primo ponit ipsorum utilitatem que ex hoc puenit. Secundo ostendit quod hoc etiam ab ipsis voluntum est scilicet ut darent elemosinas ibi. Qui non solum dicit. Dicit ergo considerans hoc beneficium consilium vobis dicit id est hortatur vos ad hoc scilicet ad dandum elemosinas scilicet non solum propter utilitatem sanctorum qui sunt in hierusalem: sed et propter utilitatem vestram puer. 27. Boni amici consilium anima dulcorat etc. Et hoc quod vtile est vobis. Bonum enim pietatis plus est vtile facienti quam illi cui fit. quod facies reportat inde commodum spirituale. recipiens vero temporale. 1. 4. Pietas ad omnia valet. Hoc autem non solum est eis vtile: sed etiam ipsi hoc voluerunt. Et ideo dicit. Qui non solum etc. Ubi tria facit. Primo commemorat bonum principium in eis. Secundo hortatur eos ad debitum finem ibi. Hic vero et factio etc. Tertio exponit quoddam quod dixerat ibi. Si enim voluntas etc. Dicit ergo. Vere debetis libenter dare elemosinas quia non solum est vobis vtile: sed etiam hoc ipsi velle sponte cepistis scilicet dare elemosinas a priori anno id est precedenti. Quod dicit. Plus est velle quam facere iuxta illud Eccl. 18. Verbum melius est quam datum etc. Et ideo debetis esse prompti ad dandum. Et quod estis prompti ad dandum ideo nunc quod habuistis in animo perficite factio. alioquin illa voluntas esset frustra. 1. Jo. 4. Non diligam? Verbo neque lingua etc. Ioh. 1. Qui cepit in vobis etc. Et huius ratio est ut quemadmodum promptus est animus voluntatis. id est discretio voluntatis secundum glo. prompta est ita sit prompta discretio perficiendi. Vel aliter animus sumat pro voluntate. Et tunc dicit. Quemadmodum prompti fuistis ad volendum ita prompti ad perficiendum. et hoc ex eo quod habetis id est secundum facultatem vestram. Consequenter exponit hoc quod dicit. ex eo quod habetis dicens. Si enim etc. Quod dicit. Dico quod debetis esse prompti ad dandum et hoc non intendit vos grauare ut scilicet detis supra facultates

vestras. quod forte voluntas prompta ad hoc inducit vos. sed in hoc opus non potest imitari voluntatem. Et ideo dicit. Ex eo quod habetis. Enim pro quia si voluntas prompta est secundum id quod habet accepta est. Et huius ratio est quod voluntas accepta in perfectione operationis. opus autem non perficit nisi ex eo quod habet. Et ideo dicit secundum id quod habet accepta est Tobie. 4. Si multum tibi fuerit abundanter tribue etc. Consequenter cum dicit. Non enim ut alijs etc. remouet suspensionem quandam. Possent enim dicere isti. Si datus elemosinas pauperibus sanctis qui sunt in hierusalem ipsi otiosi viuunt et nos damna patiemur et sic efficiemur miseri. Ideo apertius primo hanc suspensionem excludit. Secundo suam intentionem manifestat. Tertio vero confirmat per auctoritatem et remouet suspensionem cum dicit. Non enim ut alijs etc. Quod dicit. Non enim ita mones vos elemosinas dare. ut alijs sit refrigerium omnino otiose viuere de elemosinis vestris. vobis autem sit tribulatio id est paupertas quia vos affligimini. Sed nunquid peccant illi qui dant omnia alijs et ipsi postea paupertate affligunt. Et videtur quod sic per hec verba apostoli. Respondeo dicendum est secundum glo. quod melius esset totum dare pauperibus et affligi pro Christo. Illud autem quod dicit hic descendendo fecit. quia infirmis erant et forte deficerent si egestate premerent. Intentionem suam manifestat cum dicit. Sed ex equalitate etc. Quod dicit. Non intendo tribulationem vestram. sed quandam equalitatem ut scilicet vestra abundantia etc. Quod potest exponi tripliciter. Primo de equalitate quantitatis. Secundo de equalitate proportionis. Tertio de equalitate voluntatis. De equalitate quantitatis quod isti scilicet corinthii abundabant in temporalibus et deficiebant in spiritualibus. sancti vero qui erant in hierusalem abundabant in spiritualibus et deficiebant in temporalibus. Vult ergo ut fiat inter eos equalitas quantitatis. ut scilicet illi qui abundant in temporalibus dent medietatem omnium illis qui deficiunt in eis. et isti dent medietatem spiritualium eis: ut sic sint equaliter diuites. Et ideo hoc potest dicit ut scilicet ex equalitate quantitatis id est dimidia parte bonorum vestrorum in presenti tempore quod breue est vestra abundantia terrenorum suppleat illorum inopiam que deseruerunt omnia mundi. et ut illorum abundantia scilicet in spiritualibus sit supplementum vestre inopie in spiritualibus id est ut sitis principes vite eterne. Luc. 16. Facite vobis amicos etc. Eccl. 14. In diuitiis fortis datus et accipere. da temporalia et accipere spiritualia. De equalitate autem proportionis exponit sic et melius. Vos corinthii habetis abundantiam temporalium. sancti qui sunt in hierusalem abundantiam spiritualium. Volo ergo ex quadam equalitate non quod sit secundum quantitatem sed secundum proportionem. ut scilicet sicut illi sustentant elemosinas vestras: ita vos ditemini precibus illorum apud deum. Sicut enim illi non ita dant de bonis vestris temporalibus sicut vos estis diuites. ita nec vos bonis illorum spiritualibus ditemini sicut illi. Et ideo dicit. Sed ex equalitate predicta vestra abundantia terrenorum illorum scilicet sanctorum inopiam in temporalibus suppleat. ut et illorum abundantia in spiritualibus etc. 1. corin. 9. Si nos vobis spiritualia seminauimus etc. De equalitate autem voluntatis exponit sic. Sed ex equalitate etc. id est volo quod sit in vobis equalitas voluntatis ut scilicet sicut illi habent voluntatem comunicandi vobis ea in quibus abundantia: ita vos habeatis voluntatem comunicandi illis ea in quibus abundatis. Consequenter confirmat hoc per auctoritatem. Unde dicit. Sicut scriptum est scilicet Exo. 16. Qui multum salicet collegerat de manna id est qui amplius habuit quam gomor non abundauit id est non habuit ultra sufficientiam suam. et qui modicum non minorauit id est non defecit ei. quia omnes equaliter abundabant. ut dicitur Exo. 16. Et sic nec qui plus collegerat plus habuit. nec qui minus parauerat repperit minus

Explanatio sancti Thome

Lectio tertia.

Gratias autem deo qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde titi quoniam exhortationem quidem suscepit. sed cum sollicitior esset sua voluntate perfectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem nostrum cuius laus est in euangelio pro omnes ecclesias. Non solum autem: sed et ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostre in hanc gratiam que ministrata a nobis ad domini gloriam et destinata voluntate nostram. Deuitantes hoc ne quis nos vituperet in hac plenitudine que ministrata a nobis in domini gloriam. Prouidemus enim bona non solum coram deo. sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis fratrem nostrum quem probauimus in multis sepe sollicitus esse: nunc autem multo sollicitior: confidentia multa in vos siue pro Tito qui est socius meus: et in vobis adiutor: siue fratres nostri apostoli ecclesiarum glorie christi. Offensionem ergo que est charitatis vestre et nostre glorie pro vobis in illos ostendite in facie ecclesiarum.

Postquam tractauit de collectis dandis: hic sequenter tractat de ministris quos collecte fiat. Et circa hoc duo facit. Primo nominat eos. Secundo recomendat eos corinthijs ibi. Offensionem quod est et. Circa primum tria facit. Primo enim nominat titum. Secundo barnabam ibi. Misimus autem cum illis et. Circa titum duo commendat. scilicet eius sollicitudinem et sollicitudinis signum ibi. Quoniam exhortationem et. Dicit ergo primo Dixi supra quod rogavi titum ut proficeret gratiam istam de elemosinis colligendis quod iminet sollicitudini mee: ex ordinatione apostolorum de quo inueni etiam ipsum sollicitum. Et ideo ago gratias deo. qui dedit eandem sollicitudinem quam ego habeo pro vobis exhortandis et promouendis ad opera misericordie in corde titi. quod ipse etiam sollicitus est sicut et ego ut proficiat in vobis hanc gratiam Heb. 6. Cupimus unquamque vestrum eandem ostentare sollicitudinem et. Ro. 12. Qui preest in sollicitudine. Signum autem huius sollicitudinis est quod quoniam rogavi eum ipse consentit exhortationi mee. Et ideo dicit. Quoniam exhortationis quidem suscepit. Et quod profectus est quod petij. Unde dicit. Sed cum sollicitior esset sua voluntate quam mea exhortatione: profectus est ad vos. qui tamen primo recusabat venire propter peccata vestra. Ro. 12. Sollicitudine non pigri. Consequenter cum dicit. Misimus autem et. Tractat de secundo ministro. Et circa hoc duo facit. Primo commendat ipsum. Secundo subdit rationem quare mittit tam solennes nuncios ibi. Deuitantes et. Frater iste scilicet quosdam Lucas. vel scilicet alios Barnabas. quem quidem commendat ex tribus scilicet ex fama. quod laus eius scilicet luce est in euangelio ab eo scripto pro omnes ecclesias. quia est approbatus pro apostolos. Et cuius laus scilicet barnabe est in euangelio predicato ab ipso pro omnes ecclesias. quod iudeis et gentibus. Unde dicit de barnaba act. 10. quod erat vir bonus plenus fide et spiritu sancto. Item commendat ipsum ex societate sua quia non solum est famosus. sed ordinatus est ab ecclesijs iudee comes peregrinationis mee. i. predicationis mee qua ut peregrini mun-

dum circumuis supra. 5. Quamdiu sumus in corpore peregrinamur a deo et. Et hoc est verum de luca quia ipse fuit iustus de. lxxij. discipulis et socijs pauli. De barnaba scilicet milititer. quia pro spiritu sanctum dicit act. 13. Segregate mihi barnabam et paulum in opus et. Et factus est comes in hanc gratiam scilicet collectionis elemosinarum. Vel in hanc gratiam scilicet predicationis de qua dicit Ep. 3. Mihi autem omnium sanctorum minimo et. Item commendat eum ex officio: quod est minister gratie que ministrata a nobis. i. corin. 4. Sic nos existimet homo. supra. 3. Qui et idoneos nos et. Ministrat autem gratia ista ad domini gloriam ut scilicet dominus noster glorificet scilicet de elemosinis factis de conuersione apostolorum predicationis nostre. quod ut dicit puer. 14. In multitudine populi et. Item ministrat ut voluntas nostra impleatur. quia nos hoc volumus fieri. Et ideo dicit. Et voluntatem nostram destinata id est predestinata a deo qui predestinauit ab eterno nos talem voluntatem habere. Consequenter cum dicit. Deuitantes et. assignat causam quare mittat tam solennes nuncios. Et primo huius rationem assignat. Secundo probat ibi. Prouidemus ergo et. Dicit ergo. Causa quare tam solennes nuncios mittimus est ista ut sciatis negocium huius mundi inesse cordi nostro. Et ideo dicit. Deuitantes hoc scilicet ne quis et. Quasi dicat ut vitemus vituperium quod posset mihi impingi ab aliquibus vel negligentie. si non mitterem strenuos. Vel fraudis: si non mitterem securos. Et isti strenui erant et prompti et securi. quod dati ab ecclesijs: et electi per spiritu sanctum supra. 6. Meministis videntes villam offensionem et. Dicit autem in hac plenitudine scilicet elemosinarum vel conuersionis gentium. i. Pe. 4. Unusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum et. Et hoc probat dicens. Prouidemus enim et. Quasi dicat. Bene dico deuitantes quod prouidemus id est. prouidere debemus bona id est ut opera nostra bona sint non solum coram deo ut ei placeam: sed etiam coram hominibus ut scilicet eis bona videant. Et hoc facit sollicitus procurando et bonos imitando. Ro. 12. Adherentes bono et. Consequenter cum dicit. Misimus autem cum illis et fratres nostros et. tractat de tertio nuncio scilicet de apollo. Ibi duo facit. Primo commendat eum de sollicitudine cum dicit. Quem scilicet apollo probauimus sepe sollicitus esse de salute vestra. nunc autem multo sollicitior. Nam sicut supra apparet apollo fuit primus qui post apostolorum predicauit apud corinthios. i. corin. 3. Ego plantavi apollo rigauit. Dic autem turbatus de peccato ipsorum recessit et sollicitudinem quam ante pro ipsis habebat postposuit. Hic vero audita conuersione eorum factus est de salute ipsorum sollicitior quam antea esset. Ep. 4. Solliciti seruare unitatem spiritus et. Ro. 12. Qui preest in sollicitudine et. Secundo subdit causam sollicitudinis quam assumpsit. quia apollo confidit de vobis ex his que titus dicit de vobis commendans vos. Unde dicit. Multa confidentia in vobis siue pro Tito qui est socius meus. et quia libenter venit in societate titi et luce scilicet Barnabe. et quia ad hoc inductus fuit ab apostolis ecclesiarum que sunt in iudea. Et ideo dicit. Siue fratres nostri apostoli ecclesiarum iudee scilicet induxerunt eum ad sollicitudinem habendam pro vobis. que quidem ecclesie sunt glorie christi id est ad gloriam christi. Consequenter cum dicit. Offensionem ergo que est et. Recomendat istos nuncios corinthijs dicens. Quia tales misimus ad vos ergo offensionem et. id est ostendatis opere quod charitatem habetis ad eos et quod vere commendant vos et quod ego vere gloriamur sim de vobis in facie ecclesiarum ad quas veni et quibus predicauit. Et in facie omnium ecclesiarum. quod quod facitis eis innotescet omnibus ecclesijs.

Capitulum nonum.